



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

IX. Quaenam sit soli Deo confitendi ratio & modus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

mus, ac euellamus, indigni sumus, qui virtutis nomen profiteamur.

Deinde, id etiam consequimur, ut ex frequenti vitiorum nostrorum commemoratione, via nobis extet facilius ad eorum Confessionem coram Sacerdote perficiendam; aliò qui enim ex negligentia malefactorum, non solum obliuio, verum etiã contemptus, (quod est nequissimum) nasci solet.

Quænam est soli DEO confitendi ratio & modus?

Quæstio IX.

HÆc est DEO confitendi ratio ac modus. Peccata nostra Christus debita appellat, Nos, DE I villicos, cum quibus sit positurus rationem: Ergo codex rationum nobis conscribendus est. Codicem habemus conscientiam nostram, in hac peccata nostra & maiora, & minora, tanquam in libro scribere oportet, deinde confiteri; non tantum, quia multa in nobis delicta sunt, verum & peccata sigillatim, idque frequentius, recensere, atque ante oculos ponere, & hæc tanquam nuper admiffa lugere: Ita enim & animæ arrogantiam frangemus, frequentius eam de malis suis, & vitiis commonentes, & cautela nobis (ne vltra in eadem delicta incidamus) acrior nascetur; ut interim taceamus, hac Confessione fidem quam maxime acui, & exerceri, sine qua non accipimus remissionem peccatorum.

Responsio.

Ratio confitendi Deo.
Matth. 6.
Chryso. in Psal. 50.